





4077

1774, 56.

EXERCITATIO IVRIDICA  
SPECIMEN IV.

*Observationes singulares*  
*ad Pandect. Lib. I. Tit. VII.*  
*contiens*

14

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAE  
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LVSAT. INFERIOR,  
NEC NON FACVLTV. IVRID. ASSESS. ET  
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XXIII. OCTOB. MDCCLXXI.

PVBLICE DEFENDET

IOANNES GOTTOFREDVS HAGERVS

DRES DANVS.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA



EXERCITATIO IVRIDICA  
SPECIMEN IN  
Observationes juris  
ad Pand. lib. I. tit. VII.  
CONTINENS

HERMANNI  
HERMANNI  
D. ERNST GOTTLIEB ZOLLERO  
D. ERNST GOTTLIEB ZOLLERO  
D. ERNST GOTTLIEB ZOLLERO

AVDITIO IN  
M. ERNST GOTTLIEB ZOLLERO  
JOHANNES GOTTLIEB HARRVVS

D. ERNST GOTTLIEB ZOLLERO  
PATRONO GRACIOSISSIMO



PERILLVSTRI  
EXCELLENTISSIMO  
GENEROSISSIMOQVE DOMINO  
D O M I N O

P E T R O

S. R. I. LIBERO BARONI

A B

H O H E N T H A L

SERENISSIMI SAXONIAE ELECTORIS IN SVPREMO SACRO  
SENATV ET CONSISTORIO ECCLESIASTICO, ITEMQVE  
IN COLLEGIO RERVM OECONOMICARVM  
ET CONMERCII

PRO PRAESIDI

ORDINIS IMPERIALIS RVSSICI S. ALEXANDRI

E Q V I T I

DYNASTAE COSSAE, FALCKENBERGAE,  
SCHMERKENDORFII

R E L.

D O M I N O

E T

PATRONO GRATIOSISSIMO

PERILLI...  
EXCELLENTISSIMO  
GENEROSISSIMO... DOMINO  
D O M I N O  
P A T R O N O G R A T I S S I M O  
S R I L I B E R O B A R O N I

H O H E N T H A L

GENEROSISSIMO...  
S R I L I B E R O B A R O N I  
ET...  
IN...  
S R I L I B E R O B A R O N I

P R O P R I A S I D I

ORDINE IMPERIALI... ALEXANDRI

D I N A S T A E C O S S A E P A L K E N B E R G A E

...  
...  
...  
D O M I N O  
P A T R O N O G R A T I S S I M O



PERILLVSTRIS  
ATQVE  
EXCELLENTISSIME  
DOMINE  
PATRONE GRATIOSISSIME

**Q**uamvis eximia clementiae TVAE beneficia, quae tam in patrem, quem filiali observantia colo, quam in me potissimum non solum per quadriennium, quo illustre, quod Misniae floret, Afraneum frequentavi, sed et per triennium, et quod excurrit, quo in alma Lipsiensi in iurisprudentiam incubui, ex TE TVAque gratia profecta sunt, omni tempore grata mente recordari non desierim; ad agendas tamen, quas inde humillime debeo, maximas gratias, mihi hucusque semper defuit locus.

Faveas

*Faveas itaque pietati meae, et, quod hosce primos studiorum meorum qualescunque fructus in submissae devotionis et gratitudinis testimonium publicum PERILLVSTRI TVO NOMINE inscribere ausus sum, indulgentissima fronte accipias.*

*Faxit DEVS T. O. M. qui animum TVVM amore in eruditos aequae ac omnes qui studiis operam nauant, egregie instruxit, ut ad vitae TVAE diuinitus constitutum terminum integra firmaque valetudine, summaque prosperitate fruaris.*

*Mibi vero meisque studiis ut et impofterum fauere non dedigneris, TIBIque persuasum habeas, me talem semper in TE fore, qualem maxime esse et TVVS et me decet, omnemque vitam ita TIBI consecraturum, ut indulgentia TVA numquam indignus existimer, eo, quo par est, obseruantiae cultu rogo ac obsecro.*

## NOMINIS TVI PERILLVSTRIS

Lipsiae  
die 23. Octobris  
1771.

humillime subiectissimus

IOANNES GOTTFRID HAGER.





OBSERVAT. I.

*Cautio, quam praestat arrogator in arrogando impubere solum  
modo in fauorem proximorum cognatorum  
est introducta.*



**V**ehementer dubito, vtrum defendere possit  
Ludouicus sententiam §. 3. h. t. arropa-  
torem scilicet ad praestandam cautionem  
de restituendis bonis, si casus mortis in  
impubertate ex persona arrogati contingat, ideo esse  
obligatum, quod durante impubertate, arrogatio  
nondum habeatur, pro perfecta, quum deficiat ma-  
tunitas iudicii. Existimat itaque Ludouicus, arropa-  
tionem



tionem remanere imperfectam, quod tamen principiis iuris omni ex parte est inconueniens. Aut enim iure antiquo consensum totius populi, aut iure recentiori principis desideres, in utroque tamen casu supplet auctoritas publica consensum impuberis, nec imperfectum relinquit negotium. Praesidium forsitan huic sententiae suppeditauit l. 33. ff. Adopt. Ait, Marcianus, *et si pubes factus, non expedire sibi in potestatem eius redigi, probauerit, aequum esse, eum emancipari a patre adoptiuo, atque ita pristinum ius recuperare.* Quum itaque competat impuberi, adepto impubertatem, facultas prouocandi ad emancipationem, rescindendique negotium, probata satis superque videtur sententia, actum nondum fuisse perfectum, sed tantum vsque ad annos pubertatis suspensum. Re vero melius perspecta, aliud ferendum iudicium. Recurramus ad legem praecedentem 32. quae cum lege 33. id quod demonstrat particula initialis et, est coniungenda. In priori probat Papinianus, nonnunquam impuberem, qui adoptatus sit, esse audiendum, si pubes factus, emancipationem desideret. Addit vero ICtus, quod illud, causa cognita per iudicem sit statuendum. Quae ratio adiecta facultatem arrogati restringit, infirmulque probat, puberem arrogationem, non nisi ex iusta causa infirmare posse. In eo conuenit conditio arrogati, et arrogatoris; huic et enim quoque ab arrogatione recedere, et arrogatum ex iusta causa eman-

MANCIP

eman-

❁      ❁      ❁

5

emancipare §. 3. *I. de. Ad. competit.* Quis adfirmare poterit, ideo actum arrogationis esse imperfectum, quum noua superueniens caussa, quam nemo praecuidere poterat, occasionem rescindendi praebat: quum bene sit distinguendum inter negotium, quod ab initio est nullum, et id, quod postea potest dissolui; Sic v. g. testamentum, quod pater familias, dummodo voluntate, et intellectu gaudeat, pariterque solemnitates habeat praescriptas, confectum est perfectum, nihilominus tamen, si postea in eam conditionem deuenerit testator, qua leges potestatem testandi interdicunt ipsi, est irritum, et ob nouam accedens factum, tollitur.

§. II.

Alia igitur huius rei ratio est quaerenda, aequae naturae rei, ac menti legislatoris conueniens. Arrogationem nempe impuberis, constat, ab initio non valuisse, quia hic non poterat consentire, quod tamen summe erat necessarium. Corrigebat hoc sua Constitutio. D. Pius, et formam, qua obseruata, actus effectum haberet, determinabat. Circa hanc potissimum Imperator id respiciebat, vt fieret bona fide, nec in praecuidicium illorum, quibus ius contradicendi competeret. Ad horum vero numerum referuntur procul dubio proximi pupilli cognati, qui dum impubes facultate testandi est destitutus, ab intestato



in eius bonis succedunt. Ne igitur illorum ius perfectum auferatur, teste Marcello, *l. 18. ff. de Adopt.* voluit Imperator, vt non aliter voluntati arrogatoris sit subscribendum, quam si cauerit seruo publico, se restitutum ea, quae ex bonis consequutus fuerit, illis, ad quos res esse peruentura, si adrogatus permansisset in suo statu. Aequitati conuenit, quod iubet Imperator, quum iura aliorum maneant integra: qua norma decidendi in aliis quoque negotiis, lege praescribente, vtimur. Hinc parentes quasi pupillariter substituentes, non pro lubitu heredem eligunt, sed vt ordinem succedendi ab intestato seruent, requiritur.

#### OBSERVAT. II.

*Quarta, quae ex Constituit. D. Pii arrogato, sine causa emancipato, debetur, non efficit legitimam Germ. den Pflicht-Theil, sed quartam partem omnium bonorum quae arrogatur possidet*

Acrius disceptant D. D. quid sit intelligendum per *quartam*, quam arrogatus ab arrogatore certo in casu exigere valet. Multi in ea versantur opinione, quod haec portio de legitima, quae iure antiquiore *l. 8. §. 8. ff. de in eff. test.* in quarta parte consistebat, sit intelligenda, cui sententiae subscribit Ludouicus ad h. t. §. 6. Auxilium ita sentiendi praebet forsam argumentum a filio natura tali desumptum. Extra dubium est, filium arrogatum iura liberorum ex iusto matrimonio procrea-



creatorum, dum modo dispositioni patris non sint exempta, consequi: quoniam effectum adoptionis pariter quam arrogationis tantum ad agnationem, non vero cognationem referebant LL. est enim adoptio modus acquirendi patriam potestatem. Quum igitur filius natura talis, praeter legitimam ex bonis patris, de iure nihil petere queat, non plus iuris forsitan competit arrogato, qui eandem habet conditionem. Verro dubito, an hoc argumentum ad decidendam causam aliquid conferat, quum inter arrogatum, et filium natura talem, intercedat discrimen, ex quo diuersa pronuntiandi ratio dependet. Hic enim ab initio statim patriae potestati erat subiectus, ille ex aduerso erat sui iuris, et superueniente facto fit alieni iuris, omniaque sua bona infert in familiam arrogatoris, sic arrogator maius percipit iurum: aequum, et iustum est, ut eius coerceatur animi leuitas, si arrogatum, ut ipsum a successione ab intestato excluderet, sine iusta causa ex sua dimitteret potestate. Quae quum ita sint, eam sequor sententiam; quae fauorabilior est arrogato, ipsique quartam partem omnium ad arrogatorem pertinentium bonorum adiudicat, praesertim quum haud deficient rationes, quae hoc iudicium probare videantur. Euoluas, quae se, l. 2 § 1. ff. *famil. ercise*: ait Ulpianus, §. 1. *Si quarta ad aliquem ex Constit. D. Pii arrogatum deferatur, quia hic neque heres neque minorum possessor sit, utile erit famil. ercise.*

iudi-



*inducium.* Competit in hac lege arrogato ad consequendam quartam utile famil. cresc. iudicium. Cur vero hac actione fuisset opus, si quarta ex Const. D. Pii denotaret legitimam cum filio iniuste exheredato ad consequendam legitimam querela in officiali testamento detur. Aliud argumentum sistit l. 8. §. 15. ff. de in off. test. cuius haec sunt verba: *siquis impubes arrogatus sit ex his, personis, quae et citra adoptionem et emancipationem queri de inofficioso possunt, hunc puto remouendum a querela, cum habeat quartam ex Constitutione D. Pii Quodsi egit, nec obtinuit, an quartam perdat et puto, aut non admittendum, ad inofficiosum aut si admittatur, etsi non obtinuerit, quartam ei, quasi ac alienum concedendum.* Dum igitur Ictus quartam quam petit arrogatus ob iniustam emancipationem, ad aes alienum, quod antequam ad hereditatem deueniamus, detrahendum est, refert, liquido discrimen inter hanc et legitimam quam vindicant liberi, apparet, quippe quae non nisi deducto aere alieno ab hereditate debetur. Debitor etenim obaeratus nihil relinquit sed bona occupant creditores, qui ad exsoluendam legitimam liberis minime tenentur Confirmat sententiam Vlpiani *Paulus l. 13. si Si quid in fraud. Patr.* ubi generaliter statuit. vt ex bonis quae mortis tempore, illius, qui adoptauit, fuerunt, pars, quarta pertineat ad eum, qui adoptatus est, et verbis finalibus, si quid in eius fraudem alienatum sit quasi per



per Caluisianam vel Fauiam actionem reuocandum esse constituit.

### OBSERVAT. III.

*Arrogatio Iure Saxonico competentiam iudicis desiderat.*

Non me fugit discrimen inter actus voluntariae et contentiosae iurisdictionis, quippe illi inter partes volentes, hi vero inter litigantes versantur, et litigium in iudico excitant. Sed non probo sententiam illorum, qui generaliter adfirmant, quod actus voluntariae iurisdictionis coram incompetente iudice fieri possint. Distinguendum potiori iure censeo inter actus, qui praecedentem causae cognitionem desiderant, et illos, qui absque causae cognitione fieri possunt. De prioribus valet iudicium DD. hinc pater filium *l. 36, pr. ff. de Adopt.* quoeunque loco emancipare potest, pariter et testamentum coram quoeunque iudice conficere testatori licet. Carpz. P. III. C. El. III, def. 13. De illis vero, qui causae requirunt cognitionem, aliter sentio, quum index, qui de causa non est instructus, de eadem iudicium ferre nequeat adaequatum. Hac ex causa pactum vnionis vt valeat, iudicem vel domicilii, vel rei sitae desiderat. Immo in Saxonia donatio rerum immobilium non nisi coram iudice competente fieri debet Carpz. P. II. C. El. XII. def. 19. Quibus praesuppositis nunc redeamus

B

ad



ad arrogationem. Iustinianus §. 3. I. de Adopt. expresse disponit, vt arrogatio impuberis, caussa cognita, fieri, et iudex inquirere debeat in caussam arrogationis, an ea sit honesta, impuberique expediat. Haec vt rite peragantur, vtique iudex de conditione eius, qui arrogat, pariter, quam eius, qui arrogatur, certior factus esse debet. Quum vero iudex incompetens huius rei notiam adaequatam habere nequeat, ea tamen deficiente, cognitio, quae ad formam arrogationis refertur, penitus sit frustranea, confirmationem huius negotii soli iudici competenti merito tribuimus.

#### OBSERVAT. IV.


*Libri ad optiui, et parentes inuicem in cussa ciuili testes esse nequeat.*

Ait Imper l. 6. C. de Testib. *Parentes et libri inuicem aduersus se nec volentes ad testimonium admittendi sunt.* In parentibus et liberis, quos naturae, et sanguinis vinculum coniungit, equidem res dubio caret, an vero ad adoptiuos haec lex sit adplicanda, anceps mihi videtur quaestio. Quotiescunque etenim iniure, liberorum fit mentio, toties tales intelligimus, qui ex iusto matrimonio sunt procreati, quum patrem non agnoscamus, nisi quem iustae demonstrant nuptiae. Nec obstat, quod dicitur §. 4. I. de Ad. adoptionem scilicet imitari naturam; hoc enim Imperator ideo adferit





rit, vt demonstret, id, quod natura est impossibile, nec per adoptionem nos posse consequi. Quum itaque quaelibet lex pro substrata materia admittat interpretationem, nec vocabulis significatum improrium praeter necessitatem, tribuere Icto competat, utique videtur, liberos adoptiuos laudata in lege sub notione liberorum minime comprehendi. In praxi tamen contraria sententia in pronunciando obtinet, Conf. Illustr. Hommel. Rhaps. CCXI. sub litt. L. et P. Et profiteor de veritate huius adfert me esse conuictum; si regulas artis hermeneuticae paullo penitus confidero. Circa interpretationem legis ad rationem decidendi qua utitur legislator, vt respiciamus, necesse est. Ex ea adparet, vtrum lex interpretationem extensiuam vel tantum restrictiuam admittat. Ait enim Iulianus l. 12. ff. de Legib. *Non possunt omnes articuli sigillatim aut legibus, aut Ictus comprehendi, sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni praest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet.* Ratio decidendi quae liberos et parentes a testimonio dicendo arcet, procul dubio respectu illorum. est reuerentia, intuitu horum vero, nexus familiaris Cui accedit, quod vterque ex emolumento successionis quod sperat, sentiat lucrum, hinc quasi testis est in propria causa, quod tamen l. 10. ff. et C. de testibus penitus improbat.


 OBSERVATIO. V.

*Propter ingratitude[m] liberorum unio prolis non admittit  
reuocationem.*

Ingratis equidem quibus terra nil peius tulit, nulla debentur beneficia, sed quicquid in eorum fauorem est dispositum, leges aequitatis rationem habentes, rescindunt. Hinc legatum testamento relictum amittit filius, qui querelam inofficiosi instituit, in eadem vero succumbit. Pari modo donator id, quod inter viuos donauit, non obstante pacto, quod in regula ex vnus dissensu tolli non potest, ob ingratitude[m] lege notatam reuocat. Quae itaque est ratio, cur idem non obtineat in pacto vnionis prolis, cum liberi, qui aequali iure succedendi fruuntur, beneficium ex benignitate Parentum consequantur. Quae si consideres, contra nos esse sentiendum forsan confiteri licebit. Sed non obstat hoc dubium, cum a diuerso ad diuersum haud valeat consequentia: unio nempe prolis constat pacto, cuius effectus hic est, vt reuocatio pro lubitu ab vno non habeat locum, cum lege 35. ff. de Diu. Reg. Iur. nihil tam naturale sit, quam eodem genere quidque dissoluere, quo colligatum est. Cum itaque non Parentum solum, sed etiam liberorum consensus ad formam huius pacti, vt valeat, requiratur, sine horum voluntate discessum parare minime competit. Hac ex causa parentibus potestas alienandi bona



bona non datur, nec mors vnus coniugis hoc pactum dissoluit, nisi specialiter ita conuenerit. Multo minus aliquid efficiet argumentum a querela inofficiosi testamenti et donatione defunctum, in vtroque enim casu legis singularis dispositio reuocationem suadet. Quod vero contra rationem iuris receptum, secundum effatum Pauli *l. 14. ff. de legib.* non est producendum ad consequentias. Sed an non conueniat id, quod de vltimis voluntatibus in genere adfirmamus, huic conventioni videamus. Constat nempe inter omnes voluntatem vltimam esse ambulatoriam vsque ad extremum vitae halitum, in tantum vt nequidem clausula derogatoria libertatem mutandi testamentum restringat. Pactum vnionis prolis agit de successione in casum mortis et eundem praestat effectum quem testamentum dat heredi, hinc idem principium adplicationem promereri videtur. Ast iure hoc negamus; id quod enim a testamento ab vnus moribundi voluntate dependentis dicitur, ad pactum, quod ex duorum aut plurium consensu dependet, non possumus extendere. Nec obstat discrimen quod DD. circa pacta dotalia an per modum vltimae voluntatis, vel in vim contractus sint celebrata, constituere solent. est etenim opinio ficticia; quae assilientia legis penitus caret.

*Emancipatio tacita iuri civili non penitus est incognita.*


Tacitam emancipationem, quam et alio nomine virtualem vocamus, consuetudine vel statuto receptum esse plerique confitentur, Menx. ad Pand. lib. I. T. III. §. 14. Non equidem veritatem huius rei quoad formalias emancipationis in dubium voco, eandem tamen iuri romano haud penitus fuisse ignotam sponde profiteor. Fauet huic opinioni l. 1. C. de patr. pot. *Si filium tuum aiunt Imperatores in potestate tua esse dicis Praeses prouinciae aestimabit, an audire te debeat, cum diu passus sis, ut patris familias res eius agi per eos, qui testamento matris tutores nominati fuerunt.* Confert etiam ad causam effatum Vlpiani l. 25. ff. de Adoption: *Post mortem filiae suae. quae ut materfamilias quasi iure emancipata vixerat et testamento Scriptis heredibus decessit, aduersus factum suum quasi non iure eam nec praesentibus testibus emancipasset pater mouere controuersiam prohibetur.* Ex vtraque lege si eandem paulo penitus considerare velis apparebit, ex facto interueniente collegisse legislatorem voluntatem emancipandi et praesumptionem introducere inris, quae tamdiu, quamdiu non adest probatio in contrarium, valet.

Leipzig, Diss., 1771 Lz

ULB Halle  
005 108 616 3







1774, 56.

EXERCITATIO IVRIDICA  
SPECIMEN IV.

*Observationes singulares  
ad Pandect. Lib. I. Tit. VII.*

*continens*

14

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE  
P R A E S I D E

**D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO**

COD. P. P. ECCLES. CATHEDR. MARTISB. CAPITVL. CVRIAE  
IN PROVINCIA SVPREMAE IVDIC. LVSAT. INFERIOR,  
NEC NON FACVLTV. IVRID. ASSESS. ET  
ACADEM. DECEMV.

IN AVDITORIO ICTORVM

D. XXIII. OCTOB. MDCCLXXI.

PVBLCIE DEFENDET

**IOANNES GOTTOFREDVS HAGERVS**

DRES DANVS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA